



## CAPUT I.

## De iis, qui Christi fidem pœnitens aversantur.

Huc referendus est titulus 6. libri 5.

**A**Duobus Abrahamæ filiis, Isaaco ex Sara, & Ismaële ex Agar ancilla Saræ, natis, duæ gentes originem suam traxere; nimirum Saraceni, qui & Agareni, atque Hebræi, qui & Judæi nominantur, quorum priores nomen Saracenorum à Sara legitima, & Agarenorum ab Agar naturali matre duxerunt, posteriores Heber inter majores Abraham Patriarchæ nomen retinuerunt, quibus deinde ex Juda Abrahami pronepote Judæorum nomen accessit. Cùm verò Hebræi ita invicem arctissimam necessitudinem pepigissent, ut non quasi populus, sed quasi una familia viderentur; alii populi non tam regione, quàm voluntate legibusque discissi quicumque Hebræi non erant, Gentes, seu Gentiles appellari cœperunt, quasi ex variis gentibus, & multiplici propagine procreati, apud Græcos Æthnici, quòd idem sonat; ac tandem postquam à Christianis Imperatoribus sub finem quarti, vel initium quinti sæculi jussi sunt ab urbibus exulare, Pagani vocati sunt, quòd pagos, seu loca agestia incolerent. Hòdie indiscriminatim, quemadmodum Hebræos dicimus, quoscumque scimus vetus adhuc testamentum servare, & Evangelium abhorrere, ita Saracenos vocamus, Paganos, Æthnicos, Gentilesve, quoscumque Idolorum superstitione detinet, seu supina miserè obruit veri Dei ignoratio, quos jamdiu ferè omnes ab anno 630., aut circa eum annum impia Mahometis doctrina pervasit, Persas dico, Tartaros, Arabes, Ægyptios, Africanos, Mauros, & cæteros quos nec circumcisio Abrahamæ filios fecit, nec baptismatis unda Christo regeneravit. Nemo inde non colligit, Gentiles Idolorum superstitionibus servientes, perpetuo

fuisse detestabiles apud Deum, Judæos autem usque ad Christi adventum Deo gratos, atque dilectos, tùm primùm verò abominabiles factos, quando Christi Servatoris præcepta, in quibus figuræ veteres complebantur, recipere detrectaverunt. Siquidem à Christi Servatoris adventu una Christiana religio veram semper habuit, & germanam fidem Judæis aequè, ac univèrsis gentibus prædicandam, quòd divina sanè illustratione perfecturi Apostoli, Petrus præsertim ac Paulus, & Gentes, & Judæos in Christi fide erudiendos tributo evangelizandi officio susceperunt, uti Paulus idem testatur in epistola ad Galatas, cap. 2., non quidem ut invitos convergent ad suscipiendum baptismatis Sacramentum, & nomen Christo dandum, sed ut exemplo, prædicatione, ac monitis invitarent, cap. 9. de Judæis.

Præcipua hæc semper fuit ecclesiasticorum Antistitum cura, ac sollicitudo, qua fieret, ut Christi fides quam latissimè extenderetur, juxta Evangelicum illud mandatum: *Itē in universum mundum, prædicate Evangelium omni creaturæ.* Dixi ecclesiasticorum Antistitum, ut excluderentur ab hoc officio aut Clerici inferiores, aut potiore jure laici, nisi agatur de Clericis illis, qui legitimum Antistitum mandatum habuerunt. Hinc jure optimo recentiore ætate cavendum fuit, ut ubi ad prædicandum Gentibus Evangelium instituta fuerunt Collegia Clericorum, aut Monachorum, non aliter Episcopi, vel Prælati regulares admitterent ad evangelicæ prædicationis officium Clericos, vel Monachos, quam si isti Antistitum suorum expressam, & in scriptis facultatem obtinuissent, cap. 10. de Judæis, extravag. 2. de regular, int. com.

communes. Non aliud sanè postulat, & postulavit semper ingenua veræ Ecclesiæ ratio, quæ & una esse debet unitate potissimum fidei, & apostolica propter divinam missionem. Quomodo enim una fides esse posset, si unicuique, ignoto etiam & minus probato, prædicandi Evangelii potestas sine discrimine fiat? Quomodo Apostolica Ecclesia, nisi ab eo instituta, qui missus à viro Apostolico, & Ecclesiæ regimini præposito sit, juxta illud Apostoli cap. 10. ad Romanos: *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* Sunt Episcopi Apostolorum successores, quos propterea missos ab Apostolis dicere possumus, Apostoli fuerunt missi à Christo Deo, unde Ecclesiam nostram Apostolicam prædicamus, quasi perpetua divina missione gaudentem.

Equidem quousque divisæ non fuerunt Apostolicis temporibus diœceses, passim viri ecclesiastici missi ab Apostolis, ab iis etiam Episcopi ordinati nullis locorum limitibus circumscriptis Evangelium prædicabant: verùm adsignata unicuique Episcopo diœcesi, opportunum fuit, certos episcopali potestati fines constituere; ne fortè Episcopus certæ Ecclesiæ, certove populo regendo additus prætextu amplificandæ latius fidei, & in alias Provincias traducendæ, diœcesanam curam negligeret, aut desereret, ac proinde ad unum Pontificem Maximum jamdiu pertinuit, & pertinet, mittere sacros administratos causa propagandæ latius fidei, & Evangelicæ prædicationis apud extraneæ communionis homines promulgandæ. Præterquamquod enim agitur in hac causa negotium universæ Ecclesiæ, quæ sanè, præsertim post factas divisiones diœceseon, Pontificis Maximi tanquam supremi Pastoris curæ commissa est, singulis Episcopis singularum Diœceseon regimini addictis, facile est indicare vetustissimam Ecclesiæ consuetudinem, ex qua liquet, perpetuo auctoritate Pontificis Maximi missos fuisse Evangelicos administratos, qui novas Provincias Ecclesiæ adjicerent.

Tom. IV.

Jam à sexto sæculo scimus à Sede Apostolica missum Augustinum ad Anglos, octavo sæculo Bonifacium ad Germanos, & nono sæculo nonnisi auctoritate Apostolica Bulgaros fuisse in fide Christiana eruditos; ac denique à Gregorio XV. in Bulla *Inscrutabili* 26. instituta fuit Congregatio propagandæ fidei, apud quam Pontificia auctoritate officium Apostolicæ prædicationis apud extraneæ religionis homines regitur, & modum omnem capit.

Duæ sunt probabiles regulæ hujus exceptiones. Prima est in ea specie, qua in certa Diœcesi cum Christianis viris incolunt certas urbes, aut oppida alienæ religionis homines: etenim in hac specie ad Episcopum jure optimo pertinet, Judæos, aut Æthnicos in sua diœcesi consistentes, si fieri possit, ad Catholicam fidem adducere. Quod enim repugnat, Episcopo jurisdictionem, ut ut certis limitibus definitam, intra eodem limites causa Religionis sicut tuendæ, ita in plures homines propagandæ exercere? Neque in hoc officio à cura Diœcesana Episcopus avocaretur; imò & Diœcesim suam à superstitionis hominibus expurgaret; neque ex usu unquam obtinuit, ut hæc potestas Superiori reservaretur. Altera exceptio est in ea specie, qua certa Diœcesis sit extraneæ religionis hominibus contenta; tunc enim & ad Episcopum jure pertinere poterit, in eas finitimas regiones à nullo adhuc Episcopo conversas Diœceseos suæ pœnania, quasi, ita dixerim, contingente alluvione, protendere. Quid enim obesse potest Episcopo, ne ampliorem Diœcesim reddat in ea parte, in qua non ab Ecclesia positi sunt fines gratia aliorum Episcoporum, sed potius ab oppositis regionibus infidelium injuria impedimentum objicitur, ne ulterius Episcopus idem progrediatur? Sublato obice ab infidelibus, quorum animos Evangelicæ prædicatione emolliverit, ac flexerit; jure suo Diœcesis extenditur, sine fraude, atque injuria aliorum Antistitum, quorum potissimum causa intra certos terminos coërceretur Episcopum.

G

co-

copus, si Dioecesis Christianis Provinciis undique circumcladeretur. Neque tunc Episcopus Dioecesanam curam negligeret, imò & Dioecesim ipsam nobiliorem augendo faceret: neque constaret, aliquam esse in hac parte singularem reservationem; imò & in can. 50. caus. 16. quæst. 1. argumentum est, ex quo concluditur, Dioeceses recens conversas ad ejus Episcopi curam pertinere, cujus Dioecesim attingunt, & nonnisi ejusdem consensu proprium, & singularem Episcopum, cum populus fidelis ibidem multiplicatus fuerit, postulare.

Vix contingit, ut unam Dioecesim incolant Christiani, & Æthnici Idolis servientes, quando tamen contingit quandoquæ, ut unam Dioecesim, aut urbem incolant & Christiani, & Judæi. Equis ignorat, etiam in republica Christiana ex pessimis prisca: sanctæ Synagogæ reliquias bona aliquando suboriri posse non contemnenda? Impii sint, & corruptissimi moribus suis pœnè universis Judæi; sint illi, quantum velis, infensi Christianæ fidei & nominis inimici; sint etiam publicæ fidei violatores, sint superstitionibus involuti; si non aliud, illud saltem lucrum reportabit Ecclesia, ac religio nostra, quo ex eorum testimonio, velint, nolint, Christiana ipsa fides confirmetur. Illi ipsi sunt, ex quorum libris, atque avitis canisque traditionibus Æthnicos facillè convincimus, & quidem eò validioribus argumentorum prædiis, quò infensiores sunt inimici, è quorum scriñis argumenta eadem derivamus. Illi ipsi sunt, qui Prophetas, & vaticinia Christi Redemptoris nobiscum custodierunt, & vindicant ita, ut nos de obrusa falsitate à nemine redargui possimus. Illi sunt, qui Christum Servatorem adhuc hodie se occidisse testantur. Illi sunt, qui post Christi crucifixionem se sine Duce, sine Rege, calamitates omnes per diuturna sæcula secum traxere profugi in universam terram in certum æquè ac perspicuum divinæ maledictionis monumentum. Quid

exinde deducendum est? Duo sanè consecraria observatione dignissima; quorum primum est, esse quidem Christiano viro maximè cavendum, ne fortè Judæorum aut superstitionibus, aut morum corruptela seducatur; alterum est, privato homini non licere in eos, ubi auctoritate publica in certa urbe oppidove consistant, quasi tyrannidem exercere, ut perdantur; sed potius esse illos cum humanitate quadam ad ejurandam Synagogam invitandos. Huc collineant, & Religiosorum Principum, & Ecclesiasticorum Antistitum vota, qui ita junctis consiliis unaquæque composuerunt, ut hinc animarum fidelium pericula caveantur, illinc comitas, & benignitas Christiano homine digna erga miseros homines superstitionibus obrutos exhibeatur, ita tamen, ut non eorum foveatur audacia, sed ut, dum pietas exercetur in eos, ipsorum impietas certis finibus coarceatur, ne aut latius ex nimia conniventia serpat, aut in veram fidem injuriam inferat. Generalis hæc observatio triplicem habet partem; prima respicit familiarem quandam, & socialem conversationem; altera cultum sacrorum; postrema munera publica.

Itaque in primis ratione socialis, aut familiaris conversationis, & cavenda sunt Christiano pericula, ne seducatur, & sunt Judæi cum humanitate, non cum asperitate tractandi. Qua in re generaliter animadvertendum est, Judæos in iis locis, in quibus degere auctoritate publica permittuntur, pro civibus considerari, uno excepto honore jure, proindeque non esse habendos, quasi extra omnem communionem positos, & vix injuriis non lacessendos; propterca licebit cum ipsis inire honesta, & civi convenientia pacta, ac conventiones; dummodò ab archissima conjunctione absteineatur; in hac enim periculo versatur à Christiano homine dechinandum, atque ob hanc causam prudentissimè legibus publicis caveri consuevit, ut signo quodam exteriori Judæi

dæi à cæteris distinguerentur, cap. 15. de Judæis. Primum igitur constitutum est, ne Christiani cum Judæis convivia celebrent, can. 12. 13. 14. caus. 28. quæst. 1., in his enim archissimæ necessitudinis existentibus argumenta, quemadmodum in usu fuit apud Romanos veteres, qui dum servum suum ad mensam admitterent, statim à servitute liberatum, & manumissum inter amicos dicebant, quòd turpe crederent, & indecorum, Romanum Civem mensæ unà cum servo adsidere. Secundò constitutum est, ne Christianus servilem operam Judæo præstaret, non solum ita, ut nemo Christianus in servitute Judæi consistere jure verè ac propria servitutis, l. 56. §. ult. cod. de Episc. & Cler., l. 1. & 2. cod. ne Christianum mancipium, cap. 1. & ult. de Judæis, sed etiam ita, ut nemo Christianus operas suas ad serviendum in domo ac familia Judæi locaret, cap. 8. de Judæis. Quomodo enim ferendum est, Christianos sese subjicere iis, aut eos reverentia colere, qui ex Dei ultrice providentia potius ad serviendum relicti sunt in pœnam apostasiæ, atque perfidiæ? Adde his, familiarem hanc servitutum, aut operarum præstationem assiduam ac domesticam, esse Christiano maximi periculi plenam. Huc pertinet capitulum 2. de Judæis, ubi cum Gregorius initio statuerit, non esse ferendum, ut Christianus quasi mancipium Judæo serviat, subjicit tamen, servos Judæorum, qui in prædiis eorum sunt quasi colonii, & originarii, in eisdem prædiis utut Christianos posse consistere, & consueta officia Judæis præstare. Quis verò non videat, agi ibidem non de servis propriè dictis, & operas suas domi apud herum præstantibus, sed de adscriptitiis fundo dominico additis, quos ne domino quidem licebat à prædiorum cura, & cultura avocare, l. 13. cod. de agricolis & censitis? Utile erat, hos adscriptitios, seu colonos utut Christianos prædiis Judæorum additos non libera-

ri ab officio, propterea quòd si liberarentur, occasio data fuisset Judæis mittendi ad ea prædia causa colonatus totidem Judæos, atque ita Judæis hominibus loca plura agrestia replendi in detrimentum Christianorum, ac præsertim eorum rusticorum, qui vicina prædia excolerent; aliis autem Christiani illi adscriptitii, & coloni Judæorum longè erant ab Judæorum conversatione semoti. Cæterum Gregorius idem Magnus in can. 13. dist. 54. expressè docuit, nullum Christianum mancipium posse Judæo servire. Tertio constitutum est, ne aut Christiana Judæo nuberet, aut Christianus Judæam uxorem duceret, ne facillè Christianus ex familiari, & maximè necessario tali consortio superstitionibus Judæi conjugis corrumpetur, l. 6. cod. de Judæis, can. 15. & 17. caus. 28. quæst. 1. Quarto cavendum fuit, ne Christiana mulier nutricis officium Judæorum filiis præstet, est enim nutrix quodammodo loco matris, & facillè benevolentiam veluti maternam in altum, & nutrimum contrahit, quem benevolentiam archissimam Christianam feminam dedecere visum est, cap. 8. de Judæis. Quintò jubentur Christiani, ne in contractibus, sive in commerciis ineam cum Judæis societates, argumento cap. 12. de Judæis. Etenim in primis est societas non una bonorum, juriumve communio, sed communio cum singulari personarum affectione conjuncta, l. 31. ff. pro socio, adeo ut scripsit Ulpianus in l. 63. princ. ff. eod. tit., societatem jus quodammodo fraternitatis in se habere. Deinde societas ista facillè Christianum traheret in usurarias pactiones, aut in comoda usurarum communicanda, quibus passim student Judæi; utrumque autem Christiano indignum est, ac præsertim nulla societas est, quæ delictorum turpis sit, atque fœda communio, l. 53. & 57. ff. pro socio. Sextò denique odio Judæorum constitutum est, ut ipsorum universitas nihil ex Christianorum testamen-

tis, codicillis, aut donationibus inter vivos capere possit, l. 1. cod. de Judæis; imò ne singulares quidem Judæorum personas licet hodie Christiano instituere hæredes, aut legatis, fideicommissis, vel donationibus locupletare, admittantur tantum inter ipsos Judæos aut testamentaria, aut legitima successione, argumento cap. 5. & 6. de hæreticis; essent enim hæc omnia non mediocri benevolentia argumenta à Christiano in Judæos exhibita, imò & in institutione hereditaria observaretur, Judæum heredem Christiani defuncti personam præsentare, cum heres defuncti personam induere dicatur. Exceptio est, si Christianus legaret Judæo, quod ipsi olim ex qualibet causa debebat; non enim in ea specie liberalitas ulla, aut benevolentia exhibetur; sed tutius prospicitur, ne quis suo jure fraudetur. Sunt qui putant, Judæum posse à Christiano heredem institui sub conditione, si baptizetur. Ego tamen vereor, ne hæc institutio adversus generales juris regulas impingeret, quæ postulant, ut heres tempore testamenti jam sit idoneus, §. 4. inst. de hered. qual. & differt., l. 59. §. ff. de hered. inst., nisi tamen quisquam dixerit, ex quadam aequitate, seu favore religionis sustineri, quod summo jure non consisteret; nec novum esse ex singulari benevolentia aliquando recipi hujus generis testamentarias conditiones, argum. l. 62. ff. de hered. instit. Cæterum nihilominus dicendum potius videretur, non esse facile hujusmodi institutiones admittendas, ne fortè iis blanditiis allicerentur Judæi ad Christianam fidem, quam non tam recipiant, quam se recipere simularent, præsertim cum de hominibus agatur ad simulandum, & fallendum valde pronis. Pertinent hæc ad cavenda Christianorum pericula, cujus rei causa multa indicata sunt Judæorum odio constituta. Ut verò humanitas quædam, & clementia in Judæos exhibeatur, præceptum quoque fuit Christianis, ne in Ju-

dæos injuriam inferant ullam, aut in eorum personas, aut res, aut jura quæcumque, l. 6. cod. de paganis, cap. 9. de Judæis. Deinde non erunt Judæi expellendi à publicis Christianorum cæteribus, quoties ad eos prædicationis Evangelicæ audiendæ causa accesserint; sed potius erunt æquo animo admittendi imò etiam invitandi; dixerim insuper pertinere ad Episcoporum officium, Judæos eosdem ad fidem Christianam suscipiendam prædicatione publica hortari, pro mandato Christi Domini, qui omni creaturæ Evangelium prædicari Apostolis, & Apostolorum successoribus præcipit.

Quoties de cultu sacrorum sermo sit, iterum idem modus servandus erit, ut rigor cum humanitate temperetur; id est, exhibeatur humanitas in eo, ut Judæi suos ritus de more exercent, rigor etiam præsto sit, ne illorum favore superstitiones videantur, atque ut noscant ipsi, abuti superstitione sua, aut gloriarì nullo modo posse. Ad humanitatem in primis pertinet, ut cum Judæi de more suo ritus, ceremonias, solemnitates, ac festivitates celebrant, non turbentur à Christianis l. 14. cod. de Judæis, leg. 6. cod. de Paganis, neque à Christianis invadantur, aut dirumpantur cæmeteria Judæorum, cap. 9. de Judæis. Secundò vetitum est Christianis, ne in Synagogas facta Judæis facultate erectas quasi in profana habitacula irruant, l. 4. & 14. cod. de Judæis. Tertio nec licebit Christianis Judæos vocare in judicium eo tempore quo Judæus justa mores suæ gentis festivitatem celebrat, ex. gr. die Sabbathi, l. 2. & 13. cod. de Judæis cap. 3. dist. 47.; imò etsi Judæus eodem die vellet in judicio adversus Christianum agere, neque erit ullo modo ferendum ne singulari jus Judæo concessum contra Christianum torqueatur, dicta lege 13., argumento l. ultimæ cod. de fructib. & lit. expens. Rigor deinde adhibendus est in eo primum, quòd non sit ferendum, Judæos novas Synago-

gas

gas construere, quamquam permittantur veteres habere, tueri, sarcire, l. ult. §. 1. cod. de Judæis, cap. 3. & 7. cod. tit. Secundò in eo, quòd severissimis pœnis Judæi puniantur, quotiescumque proferant blasphemiam in Christum, aut Deiparam Virginem, aut quoties libros sive clam teneant, sive palam edant hujusmodi blasphemias continentes. Tertio in eo, quòd capitali pœna Judæi damnentur, si Christianum quemquam in suam sectam adduxerint, aut circumcissione initiaverint, l. 16. & 18. cod. de Judæis. Quarto in eo, ut aliquando coacti fuerint ad restituendas immodicas usuras, quas à Christianis extorserant, cap. 18. de usuris. Quintò in eo, quòd Judæi in festivitibus Christianorum teneantur tabernarum, officinarumve ostia claudere, ne publica mercatura, aut contractuum cujusvis generis detur occasio, quemadmodum diebus, quibus anniversaria Passionis dominicæ celebrantur, ne extra habitacula sua, in publicum prosiliant, interdicitur, cap. 4. & 15. de Judæis. Et quamquam satius esset, per vicos Judæorum sacras processiones non ducere, in quibus præsertim sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum cum celebritate gestatur, uti tradit Barbosa de Episcopis allegat. 22. num. 4.; & de Parochis cap. 20. num. 33., si tamen ex antiqua consuetudine, aliave causa id fieri expediat, obligari Judæi poterunt ad ornandos de more loci parietes, prout cæteri obligantur, non quòd tunc ipsi cogantur ad colenda fidei nostræ mysteria, sed quòd tempore publicæ lætitiæ, & ipsi lætitiæ signa edere debeant, sicuti in publicis minimè sacris solemnitatibus faciendum est: eò sanè minus poterunt Judæi quoquo modo officere Christianis, aut injuriam inferre in Christianorum religionem, sacrosque ritus, gravissimis pœnis coercendi, ubi in tantam temeritatem eruperint, l. 11. 14. 16. & 18. cod. de Judæis. Aliquando etiam evenit, ut Parochi certas exigant abs Judæis annuas pensita-

tiones, nimirum quoties in Parochia siti Judæi vicos tenent olim à Catholicis occupatos, quasi in damni compensationem, cap. 17. de excess. Prælator., quod tamen non omnino probandum videretur, nisi singularis ratio aut consuetudinis, aut statuti id confirmaret. Quoties Judæi hæc transgressi fuerint, gravissimas corporales pœnas religiosi Principes indixerunt, uti liquet ex Romanis legibus suprâ laudatis. Adjecerunt Pontifices Maximi identidem pœnam, quæ speciem quandam exhibet excommunicationis, non sanè quòd verè Judæi excommunicarentur, utpotè qui excommunicationis censura sunt incapaces, sed quòd prohiberetur Christianis, ne ullo modo cum Judæis communicarent. Hujus pœna mentio fit in cap. 13. 14. 16. de Judæis, & in cap. 18. de usuris.

Ratione publici regiminis, & munerum publicorum rursus & humanitas quædam, & rigor, adversus Judæos exhibetur. Est hæc in re habenda ratio in primis legum, quæ Judæis observandæ immincant, deinde officiorum, & munerum, quibus obnoxii Judæi sunt, aut à quibus excluduntur. Generaliter verum est, quotiescumque Judæi incertam urbem publica auctoritate admissi sunt, eos jure civitatis gaudere, & veluti cives considerari. Quando verò legem suam singularem ipsi profiterentur, dijudicandum erit, ultra lege teneantur ubi concurrant observanda hinc lex ipsa eorum singularis Judaica, illinc lex publica & civilis. Receptum est, Judæos in civitate admissos publico, & civili jure potissimum obstringi, nec adversus istud aliquid agere posse prætextu suæ singularis legis, nisi ea conditione admissi in urbem fuerint, qua possent insuper habita in certis capitibus lege civili, & publica, singulares suas consuetudines sequi. Quòd si quæratur, in quibus causis erga Judæos indulgeri soleat, ut possint suis moribus vivere, distinguendum est inter negotia merè civilia & res vel sacras, vel religiosas, vel aut

sacrarum, aut religiosarum speciem habentes. In negotiis merè civilibus, obtinet, ut ista ad publicas civiles leges exigantur, uti sunt contractus, testamenta, modi ac rationes acquirendorum dominiorum, judicia, atque his similia, l. 8. cod. de Judæis. Absurdum enim foret, eos, qui civium sibi nomen adiscunt, à civitatis, in qua degunt, legibus esse immunes. Tantum in iis locis, in quibus bona immobilia possidere non possunt, jus quoddam singulare suis moribus invexerunt; quod ipsi vocant jus *Kasagà*, in eo consistens, quòd Judæus in ædibus generaliter Judæorum universitati habitationis causa concessis, ubi sortitus fuerit certa cubi- cula nequeat ab eisdem cubiculis ab alio Judæo turbari: atque hoc jus personale non est, sed in heredes transfertur, & inter Judæos est in commercio. Rabbinus Judæorum, fundamentum & causas hujus juris collocant in cap. 27. Deuteronomii vers. 17. in illis verbis: *Maledictus qui transfert terminos proximi sui*, quorundam verborum interpretatio an sit rectè accommodata, meum non est judicare. In rebus verò sacris, sive sacræ sint respectu Christianorum, sive sacræ habeantur apud eosdem Judæos, suis moribus relinquuntur. Hinc in celebratione conjugiorum non avocantur à suis ritibus, dummodò pluribus simul uxoribus non copulentur, dummodò non contrahant intra gradus naturali, vel divino jure prohibitos, l. 7. cod. de Judæis, cap. 8. de vortis. In muneribus, & officiis exercendis nulla jurisdictio Judæis, competit, ne Judæorum quidem Rabbinis, aut Senioribus, ita ut judicium non solum inter Christianum & Judæum, sed & inter Judæum & Judæum ab ordinariis Christianis iudicibus dirimatur, l. 8. & 15. cod. de Judæis; & quamquam Judæus in causa Judæorum olim arbiter eligi potuisset, dicta l. 8., usu tamen obtinuit ut ne ea quidem notio competere amplius possit, vix hodie explicantibus Rabbinis quandam inanem potestatis imaginem in moderandis ritibus, & ceremo-

niis ex suæ legis præscripto. Insuper acentur Judæi à muneribus publicis advocacy, procurationis, & tutela, l. ult. princ. cod. de Judæis, l. ult. cod. de postulando, l. 15. cod. de Episcopo audient. Nov. 144. cap. 2., canon 7. & 8. de poenit. dist. 1., can. 14. dist. 54., quibus abrogata est vetus jurisprudentia legis 3. §. ult. ff. de decurion., & legis 15. §. 6. ff. de excusat. tutor. Illud tamen singulare in tutela obtinet, ut Judæis pupillis Judæi tutores dentur, quia etsi munus illud auctoritate publicum esse dicatur tamen ex parte tutoris onus, non honor est, & respectu pupilli directò, & præcipuè spectat privatam pupilli ipsius utilitatem, ac favorem. Visi autem non sunt Judæi absolventi à gravi onere erga suos, nec tantus Judæorum pupillorum, habendus favor, ut eorum gratia Christiani obligentur. Adde his singularem educationis causam; neque enim dignum visum fuit Christianum tutorem Judaico in ritu educare pupillum suæ curæ commissum; aliàs autem injuria inferretur in Judæos, si eorum pupilli Christiano more educarentur. Præterea quamquam in contractibus, & testamentis Judæus à ferendo testimonio non repellatur, ubi saltem Christiani testis copia desit, ex eo tamen, quòd persona Judæi Christiano semper infensa præsumatur, non recipitur in iudicis testimonium Judæi adversus Christianum, l. 21. cod. de hæreticis, cui sanè traditio non refragatur Summus Pontifex in cap. 21. de testibus, utpotè qui non quid juris fuerit indicet, sed quid Judæi facti suo aliquando præsumperint. Profectò Judæi adversus Judæum testimonium, utpotè nullo modo suspectum, etiam in iudicis recipitur. Denique cautum est, ut Christiani Judæorum Medicorum opera non utantur, nisi fortè urgens necessitas id postulet, veluti si casus emerget, quo infirmus in gravi vitæ discrimine constitutus ab alio juvari nequeat; quam abs Judæo, can. 13. caus. 28. quest. 1. Id recentioribus sæculis eò opportunius ob-

observari cepit, quòd cautius præstitutum est, ut Medici ad ægrotantes advocati monere eos debeant, & hortari ad receptionem Sacramentorum, cap. 13. de poenit. & remis., quòd sanè abs Judæo Medico sperari nec potest, nec debet. In conspectu horum omnium si Judæis rigida videatur constituta à Christianis Legumlatoribus jurisprudentia, non est sanè, cur iidem Judæi conquerantur, adversus quos responderi posset, quòd contra Donatistas Augustinus ajebat in can. 33. caus. 23. quest. 5. *Cum aliquid adversus vos Reges constituunt, admoneri vos cre- dite, ut cogietis, quare ista patianini, &c.*

Quoties Judæi Christianæ fidei sociandi, sint, plurimum in primis interest nosse, an de infantibus agatur, an infantiam egressis. Infantiam egressi intelliguntur quicumque sunt septennio majores, aut etiam septennio proximi quotiescumque consensus capaces sese exhibeant, quòd prudentis iudicis arbitrio relinquatur. Equidem interest Christianæ reipublicæ, pertinet etiam ad curam ecclesiasticorum Antistitum; dicam præterea, curare posse fideles universos ut quicumque & ex quocumque genere originem traxerit, det nomen Christo, & Sacramento baptismatis regeneretur, quòd primum in cultum Dei summi, deinde in incrementum Ecclesiæ, ac denique in privatam ipsorum baptizatorum utilitatem vergeret. Non tamen exinde deducitur æquè baptizandos esse Judæorum etiam filios, seu adhuc voluntatis expertes, seu propria voluntate volentes, seu detrectantes. Altius repetenda res est, ut generalia principia janciantur, qua in re duæ distinguendæ erunt disputationes, non sanè invicem confundendæ: nimirum aliud est quærere, an baptisma collatum verè collatum seu respectu characteris, seu respectu cæterorum ex eo Sacramento penditium effectuum intelligatur, aliud, an baptisma licitè conferatur. Itaque dici, irritum esse baptismum collatum adulto, id est ei, qui consensus capax est, seu infantiam egres-

sus, quoties ipse in baptismum propria non consenserit voluntate; è contrario firmum esse, validumque baptismum, omnesque effectus suos parere collatum ei, qui intra infantiam adhuc est constitutus, seu necdum est propriæ voluntatis, ac consensionis capax. En perspicuam discriminis rationem. Insitutum fuit à Christo Sacramentum baptismatis ut quando vi ipsius, ubi nil aliud obstat, omnia peccata, quæ animam inficiunt, deleantur, tum anima eadem Christo agnascatur, & Ecclesiæ inseratur. Qui consensus capaces sunt, si baptismum non petant, præterquamquòd peccato originis aliena, id est protoparentum, voluntate contracto inficiuntur, vel ex eo uno, quòd baptisma negligant, jam crimen propria voluntate, & actu contraxerunt. E contrario infantes, seu qui consensus capaces adhuc non sunt, tantum peccato originis detinentur. Divina autem providentia ita cuncta disposuit, ut quemadmodum qui propria voluntate deliquerunt, propria voluntate remedia quærant, quibus gratiam Dei sibi concilient, ita qui aliena tantum voluntate, id est protoparentum, peccarunt, ipsi etiam aliena voluntate salvi fieri possint, quia & pro ipsis mortuus est Christus, & qui nati sunt ex vitiosa origine, renasci in Christo Redemptore possunt, proptereaquòd ubi abundavit delictum, ubi superabundavit & gratia. Hinc passim Sancti Patres constanti ac perpetua traditione docuerunt, parvulos propriæ voluntatis expertes offerentium voluntate posse salvari, dum ad baptismum adferuntur; imò etsi offerentes adhuc in ea voluntate deficerent, dummodò baptisma ritè conferatur, & juxta mentem Ecclesiæ vel ipsam Ecclesiæ voluntatem sufficere, can. 7. 33. 74. 76. 77. & 129. de cons. dist. 4. Neque dicas, infantes non posse paternam voluntate, aut extraneorum actu salvari per baptismum, ex eo, quòd nequeant paternam aut extraneorum prava affectione damnari. Etenim notandum est,

est, crimina aliena non contrahi, excepto peccato originis; quia excepto vinculo voluntatum, quod fuit inter proparentes, & descendentes ab eis, unde peccatum originis omnes infecit, nullum aliud est vinculum voluntatis inter filios Adæ, ex quo alter alterius labe inquinetur. At ex beneficio Christi omnes consecuti sumus commune vinculum unitatis fidei, aut unitatis in fidem uti explicat Augustinus in dicto can. 129, quo fit, ut unus alterius voluntate fidem ipsam profiteri possit, si propria sit expers voluntatis, & per hanc professionem baptizari. Planè vinculum hoc generale est, quod non tantum devincit parentes, & liberos, aut personas sanguine conjunctas, sed universos homines inter se sociat & ligat; proptereaque ut baptismus infantium valeat, non requiritur, ut à parentibus aut conjunctis infans offeratur, sufficit voluntas extranei offerentis, aut Ecclesiæ Christianæ, cujus voluntas est generalis, & omnibus prodest. Dixi in adultis, sive capacibus propria consensionis, illorum voluntatem requiri, quin tamen referat, an actum baptismum petant, an aliquando petierint voluntate non retractata. Etenim etiam valebit baptismus dormienti, agrotanti, torpedine quadam correpto, amenti, furiosove collatus, si ante somnum, agrotationem, amentiam, vel furorem petitus fuerit. Quod si metus intercesserit etiam gravis, quo quis percussus baptizari se postulet, definitum etiam scimus baptismum valere; quamquam enim non omnes effectus habeat hoc Sacramentum, ob minus dispositum suscipientis animum, vi tamen sua baptismus consistit, characterem Christi interea imprimens, tum demum anima à crimine expianda, & gratia Dei sanctificanda, cum baptizatus veram & sinceram voluntatem induerit, & spontè Ecclesiæ, cui adscribi cæpit, clavibus sese subjecerit, can. 5. dist. 45. Uti enim rationatur Innocentius III. in cap. 3. de baptismo, metus voluntatem quidem mi-

nuit, non tamen, etiam si gravis sit penitus auferit, & is, qui metu vult, sub conditione adigatur, propterea quod qui ita baptizatur, vix animo adducatur, ut Christum sincerè sequantur, atque ut plurimum in Sacramenti & Christi injuriam baptismate abutantur, can. 5. dist. 45. Quod si de infantibus Christianorum agatur, nemo unquam dubitavit, quin sive volentibus, sive etiam invitis parentibus licitè baptizentur. Cum enim parentes Christiani teneantur filios suos ad baptismum offerre, fraus nulla ipsis fit, ubi etiam sine eorum consensu filii baptizentur. At si de infantibus ex Judæis parentibus progenitis sermo sit, generalis regula est, non licere eos baptizare. Regulæ causam multi in eo collocant, quod infantes propria voluntatis expertes naturali ipso jure à parentum voluntate omnino pendere debeant, idemque esse baptizare infantem invitis parentibus, ac parentes ipsos naturali jure exuere. Si hæc simpliciter ita tradantur, fortè nimis aspera videbuntur, & eò disserentem adducunt, ut tradant, naturalem parentum potestatem in filiis etiam perdendis, & in negligenda eorumdem salute consistere. Moderatius dicerem, eam disciplinam ideo servandam esse, partim ex eo, quod fraus fieri parentibus non debeat, partim ex eo, quod baptizari infantes salvo parentum jure apostasiæ periculo gravissimo obnoxii futuri sint. Finge enim verò, infantem Judæum catechumenatum ad Sacramentum admittebantur, can. 93. de cons. dist. 4, quod temporis spatium à Gregorio Magno ad quadraginta dies redactum est, can. 98. de cons. dist. 4, quod sanè congruebat disciplinæ veteri ecclesiasticæ, juxta quam in feriis Quadragesimæ præparabantur catechumeni ad baptismum suscipiendum in solemnitate Paschali; nisi tamen urgens necessitas, seu imminens vitæ periculum non diutius differri baptismum suaderet. Præterea respectu adultorum observandum est, non

omn-

omnino fuisse probatum sacris canonibus, ut metu quis ad suscipiendum baptismum adigatur, propterea quod qui ita baptizatur, vix animo adducatur, ut Christum sincerè sequantur, atque ut plurimum in Sacramenti & Christi injuriam baptismate abutantur, can. 5. dist. 45. Quod si de infantibus Christianorum agatur, nemo unquam dubitavit, quin sive volentibus, sive etiam invitis parentibus licitè baptizentur. Cum enim parentes Christiani teneantur filios suos ad baptismum offerre, fraus nulla ipsis fit, ubi etiam sine eorum consensu filii baptizentur. At si de infantibus ex Judæis parentibus progenitis sermo sit, generalis regula est, non licere eos baptizare. Regulæ causam multi in eo collocant, quod infantes propria voluntatis expertes naturali ipso jure à parentum voluntate omnino pendere debeant, idemque esse baptizare infantem invitis parentibus, ac parentes ipsos naturali jure exuere. Si hæc simpliciter ita tradantur, fortè nimis aspera videbuntur, & eò disserentem adducunt, ut tradant, naturalem parentum potestatem in filiis etiam perdendis, & in negligenda eorumdem salute consistere. Moderatius dicerem, eam disciplinam ideo servandam esse, partim ex eo, quod fraus fieri parentibus non debeat, partim ex eo, quod baptizari infantes salvo parentum jure apostasiæ periculo gravissimo obnoxii futuri sint. Finge enim verò, infantem Judæum catechumenatum ad Sacramentum admittebantur, can. 93. de cons. dist. 4, quod temporis spatium à Gregorio Magno ad quadraginta dies redactum est, can. 98. de cons. dist. 4, quod sanè congruebat disciplinæ veteri ecclesiasticæ, juxta quam in feriis Quadragesimæ præparabantur catechumeni ad baptismum suscipiendum in solemnitate Paschali; nisi tamen urgens necessitas, seu imminens vitæ periculum non diutius differri baptismum suaderet. Præterea respectu adultorum observandum est, non

Tom. II.

tituti sint; nec spes ulla superest vitæ, quia in hac specie & nullum subest probabile futuræ apostasiæ periculum, & nulla injuria in parentes infertur. Cæterum plures extant generalis illius regulæ exceptiones, quarum prima est, si parentes facti fuerint Christiani; secunda, si parentes, licet non Christiani, filios Ecclesiæ obtulerint; tertia, si parentes à se filios abdicaverint.

Si uterque parens à Synagoga recedentes ad Christi fidem conversi sint, nulla dubitatio est, quin ritè baptizantur infantes illorum filii. Neque ulla dubitatio esse potest, si baptizetur pater, non mater; quum penes patrem præcipuè sit potestas in liberos, & novum non sit etiam in jure Romanorum, voluntatem patris pro voluntate filii impuberis haberi, ut contingit in substitutione pupillari. Quid tamen, si mater, non pater, ad fidem Christi venerit, & fuerit baptizata? Receptum est, ut etiam in hac specie filius infans ritè baptizetur, tam Romanorum Imperatorum constitutionibus, l. 12. §. 1. & l. 18. §. 1. cod. de hæreticis, quam sacris canonibus, can. 10. 11. 12. caus. 28. quæst. 1. cap. 2. de convers. infid. Non est, cur hac disciplina videatur à recta ratione aliena, quasi in ea stabilienda maximam partem sibi vindicet favor Christianæ religionis, & odium superstitionis Judicæ eò usque provectum, ut summum jus evertatur. Ego enim in primis observo, attentis etiam juris Romani principis, voluntatem matris, quasi voluntatem filii certis in casibus haberi, ut exemplum est in substitutione exemplari, cujus faciendæ facultas etiam matri conceditur; ex quo fit, ut testamentum matris quandoquæ pro testamento filii sit, l. 9. cod. de impuberum, & aliis substituitur. Quod si receptum est, decoris & majoris honoris causa, proptereaquod decentius sit & honestius decedere testatum, quam intestatum; quid ni recipiendum est, voluntate materna filium

H

bap.

baptizari, cum agatur de Sacramento maxime necessario, sine quo filius æternis penis damnaretur? Deinde etiam ex Romani summi juris principiis receptum est, ut ubi servus pater sit, mater libera, filius liber nascatur. Quid in hujus disciplinæ conspectu repugnabit, filium Judæi & baptizatæ sequi maternam conditionem? Adde his, in baptisate infantium non tam versari vim patriæ potestatis, quam onus educationis. Onus autem educationis æquè ad utramque parentem pertinet, l. 1. §. 1. ff. ubi pupillus educari, l. 5. §. 2. & sequentibus de agnosc. & alend. liber. Denique etiam si velis ad contrarietatis disreptionem de vi patriæ potestatis disputare, dicam, patriam potestatem oriri ex justis nuptiis, quarum effectus est, ut vir familia princeps habeatur, mater viri potestati subsit, camque ob causam mater non possit habere filios in potestate, quum repugnet, eam habere potestatem familia, quæ in familia est, & patrifamilias subest. Cum verò baptizata mater divino jure liberata sit à potestate mariti, & conjugium dissolvere valeat, incipit ipsa sui juris effici, & potestatem quandam potestatis speciem, si non Romanam, naturalem saltem, liberè explicare, quasi æqualis incipiat tum esse potestas patris, ac matris in liberos. Ubi autem duo sunt æquali potestate potiti, nobilioris facultas præstantior habetur, & prærogativam nanciscitur, qualis est præ Judæo mulier baptizata, præsertim quòd baptizata mulier utilius negotium pro infante filio gerat. Hæc qui ritè considerat, facillè etiam idipsum recipiet, quoties avus, vel avia, seu paterna, seu materna religionem Christianam amplectatur, etiam vivis patre & matre, & quidem in Judaica perfidia consistentibus. Quòd si pater in Judaismo perseverans filium infantem baptizari postulet, vel consentiat, tunc sanè baptizari infans ritè poterit, etiam si pater sententiam inde mutaverit, ne-

que enim jus Ecclesiæ semel ex consensu paterno quasitum, potest ex ejusdem dissensu tolli. Si denique Judæi parentes infantes suos exposuerint, poterunt iidem infantes ritè baptizari, quasi post expositionem patria omnis potestas evanuerit; atque eadem ratione baptizandi erunt infantes æthiopicorum, aliarumve gentium, quos Christiani à parentibus suis emerunt; & potiore jure infantes Judæorum baptizatorum, qui per apostasiam ad Synagogam reversi fuerint.

Cum Judæus quisquam baptizatus est, sive infans sit, sive adultus, sive licitè, sive illicitè dummodò firmum & validum baptisma habeatur, quatuor præcipuè sunt observanda: primum respectu baptizati, alterum respectu parentum baptizati, tertium respectu extraneorum, postremum respectu Ecclesiæ. Respectu baptizati, sive filiusfamilias sit, sive paterfamilias, sive infans, sive infantiam egressus, observandum est, eum removendum esse, quoad fieri possit, à consortio Judæorum, etiam parentum; ne fortè persuasione Judaica deficiat imprudenti consilio à fide Christiana, quam semel susceperat. Id adeo verum est, ut locum etiam obtineat, quo casu infans quidam Judæus dissentientibus, aut ignorantibus parentibus ab aliquo fortè imprudenter baptizatus fuerit; erit enim iste in loco tuto collocandus, & custodiendus tanquam matris Ecclesiæ filius, & omnibus modis satagendum, ut fidem, quam ignoranter cum Sacramento accepit, sciens deinde prudensque, cum per ætatem poterit, profiteatur. Porro in his speciebus in sollicitudinem confertur ecclesiasticorum administrorum; ut neophyti Judæorum etiam parentum conversationem veluti gravissimi periculi plenam omninò declinent, can. 11. caus. 28. quæst. 1., aliis enim diris supplicii punientur ex legibus publicis Judæi, qui neophytos eosdem ad se reverti minis, blanditiisve procurant, l. 3.

l. 3. cod. de Judæis. Potissimum autem habenda est pupillorum neophytorum, utpotè infirmiorum, ratio, qui apud honestos Christianos viros erunt educandi Episcoporum arbitrio. Neque est, cur Judæi parentes conquerantur, cum jure suo ceciderint, uti modò ostendam.

Respectu parentum Judæorum, ubi filiusfamilias Judæus baptizatus est, observatur, parentes omni jure, ac potestate cadere. Planè si de filiofamilias agatur, qui propria voluntate baptismum petit, gravissima hujus rei sunt argumenta. Etenim in primis Christus Dominus & patrem & matrem fidei causa relinquendos esse perspicuo Evangelico præcepto suo mandavit; docet idipsum naturalis ratio, qua facillè persuademur, Deum esse super omnia diligendum, & charitatem in Deum paternæ charitati esse antefereendam. Dacuit idipsum facto suo Christus idem Dominus, dum conquerentibus parentibus, utut justissimis, quibus olim subiectum sese exhibuit, quòd fuga lapsus esset, dixit, nescire illos, quòd in iis, quæ patris sui erant, se esse oporteret; eumque esse patrem suum, & matrem, qui verbum Dei audivisset. Additur his, etiam potestatem maritalem amitti in uxorem ab Judæo, si Judæa uxor baptizetur, juxta Apostolicam traditionem. Cur non eadem ratione amitteretur paterna? Ne dicas, ex Apostolica doctrina, matrimonii vinculum adhuc consistere, si maritus Judæus velit sine Creatoris contumelia cum baptizata conjuge habitare; eademque ratione recipi posse, ut paterna potestas pœnens Judæum retineatur, si velit cum baptizato filio sine injuria baptismatis agere. Non eadem habenda est patris ratio, ac mariti. Paterna enim adfectio, & filialis benevolentia, utraque sanè in vi sanguinis naturalè fundamentum habens, gravius periculum baptismato inferret, quam necessitudo conjugii, quam sola peperit & animorum, & corpo-

rum conjunctio. Quòd si de filiofamilias agatur, qui cum infans esset, minus ritè, & imprudenter baptizatus fuerit ignorantibus, aut dissentientibus parentibus, ratio etiam reddi potest, cur parentum Judæorum potestatem evassive dicatur. Sunt baptizati per Sacramentum regenerationis Deo & Christo consecrati, cujuscumque tandem etiam tale jus non habentis facto consecrati comprehendantur, & persona semel Deo consecrata facillè antiquam non similiter consecrati hominis potestatem evadit; eodem ferè modo, quo si quis rem alienam profanam invito vel ignorante domino imprudenter Deo dedicavisset, non eò minus sacra esse desinit, sed perpetuò sacra est, nunquam evasura profana, nunquam in potestatem domini reversura, argumento canonis 2. caus. 14. quæst. 6. His generaliter positus, deducitur primò, filiusfamilias baptizatum consequi pleno jure adventitium peculium, quod possidebat, semoto patre Judæo ab usufructu; secundo, non posse impuberibus baptizatis à parentibus Judæis substitui pupillariter, quanda certum est, fundamentum pupillaris substitutionis in patria potestate consistere; l. 2. ff. de vulg. & pupil. subst., l. 7. & 8. cod. de impuber. & aliis substit. imò nec locum fieri substitutioni exemplari; etenim licet ista fundamentum non habeat in patria potestate, tota tamen in humanitate immititur, propterea quòd frè presumitur optimum esse consilium, quòd à parentibus pro filiis capitur; ac hæc præsumptio in parente Judæo cessat respectu bonorum, quæ pertinent ad filios Christianos: uno verbo deducitur, cessare universos patriæ potestatis effectus. Non tamen è contrario cessant paterna munera, & obligationes. Nimirum tenentur parentes pro modo facultatum interea legitimam portionem, aut alimenta baptizato filio dare, dotem etiam congruam, si agatur de puella nuptura, aut Monasterium ingressura; filiis

eadem baptizatis habituris deinde post mortem parentum integram hereditatis partem, quam habituri essent, si parentes ab intestato decederent; neque enim datur parentibus Judæis baptizatos exheredandi facultas, etiam si fortè legitima exheredandi causa extitisset; imò ne fraus baptizatis fiat, solet tempore baptismatis bonorum omnium paternorum fieri inventarium, cujus ad portionem hereditariam computandam tempore paternæ mortis ratio habeatur, ne aliàs occasio detur parentibus, bona subdolè distrahendi, argumento capituli 5. de Judæis.

Respectu extraneorum observatur, ut Judæus baptizatus, seu paterfamilias sit, seu filiusfamilias, quemadmodum omnia bona, & jura retinet, in Judaismo quæsit, ita teneatur ad æs alienum antea contractum, & ad restitutionem usurarum, ex quibus Judæorum peculium ut plurimum fit, redigitur, & augetur; imò si fortè reus criminis capitalis fuerit, nec post baptismum pœnam legitimam evadet, ne fortè si aliud ex quadam indulgentia obtineret, Judæi his potissimum de causis conversionem meditarentur, ac fingerent, argumento legis 1. cod. de his, qui ad Eccles. confugiunt. Animadvertendum tamen est, quòd ad pecuniam attinet ex usuris quæsitam, multum interesse discriminis inter eam speciem, in qua constat, ad quos illa determinatè pertinet, atque eam, in qua pecunia incertis sit personis restituenda. Siquidem

in priore Judæus conversus pecuniam restituere debet: in posteriori obtinuit, ut quoniam res incertis personis debita, aut in Ecclesias, pæve loca, aut in pauperes esset tribuenda, eadem baptizato ex indulgentia concedatur, non quasi dominio rei, sed quasi pauperi, & ex causa piissima, qualis est favor Christianæ religionis, & ne territi aliàs Judæi suorum bonorum jactura, à baptismo suscipiendo declinent.

Denique respectu Ecclesiæ observatur, ut si Judæus, baptismate semel suscepto, iterum revertatur ad superstitiones suorum, tanquam apostata habeatur, & apostasiæ pœnis gravissimis puniatur, can. 94. de consec. dist. 4., cap. 4. de apostatis, licet fortè ad baptismum fictus accesserit, dummodò non vi fuerit adactus, argumento capituli 5. de baptismo, cap. 13. de hæret. in 6. Quia in re singulare est, ut quamquam testimonium Judæi adversus Christianum regulariter non recipiatur, admittatur tamen, si testificetur, baptismatum ad Judæorum superstitiones divertisse, argumento capituli 5. & 13. de hæret. in 6. Adnotandum nihilominus est, in pœnis apostasiæ infligendis lenius agi cum iis, qui infantie proximi baptizati fuerunt, ob infirmitatem judicii; & potiore ratione cum iis, qui in infantia baptizati fuisse insensibus parentibus proponuntur, nisi isti adolescentiores facti liberè ratum habuerint, quod in ipsis ignorantibus gestum fuerat.

## CAPUT II.

## De Apostatis, Hæreticis, &amp; Schismaticis.

Huc referendi sunt, tit. 1. lib. 1., tit. 7. 8. & 9. lib. 5. Decretalium.

Quicumque Christi fidem detestantur, ac sive Judæorum, sive Gentium superstitionibus obvolvuntur, sine pœna sunt apud Ecclesiam, cum nunquam ecclesiasticæ jurisdictioni subditi fuerint, pœnas in altera vita apud summum Judicem Deum luituri. Alia sanè ratio est eorum, qui semel Christo nomen dederunt; isti enim si post susceptum baptisma ab Ecclesia non recedunt tantum, sed & fidem fallunt, quam semel præstiterunt, ut fidei violatores in Ecclesia puniuntur. Appellatur autem vel apostata, vel hæretici, quibus proximè accedunt schismatici. Sunt hæc nomina à Græcis dictionibus derivata, quorum si ingentiam significationem attendas, latius accipiuntur, quam vulgaris loquendi usus induxerit. Apostata nomine Græci significant desertorem, eum scilicet, qui à suscepta agendi, aut vitæ ratione recedit; quamobrem lata significatione non solum Donatistas hæreticos apostatarum nomine vocavit Cyprianus in epistola ad Cornelium Papam, sed & aliquando apostatæ appellati fuerunt Clerici majores, qui à clericali militia, vel Monachi, qui à monasterio recesserunt, vitam inter laicos, & laicorum conditionibus traducturi, cap. 1. 3. 5. & 6. de apostatis. Vulgaris loquendi usus latissimam hujusmodi significationem contraxit; quo fit, ut propriè eos apostatas nominemus, qui à fide omninò defeecerunt, & non in uno, aut altero fidei Christianæ dogmate ab Ecclesia discrepant, sed in eorum conditionem esse recipiunt, in qua ante baptismum erant, aut esse potuissent, c. 4.

de apostatis, quemadmodum explicavit Isidorus Hispalensis in lib. 8. Originum cap. 3. ita scribens: *Apostata dicitur, qui post baptismum Christi susceptum ad Idolorum cultum, & sacrificiorum contaminationes revertuntur.* Etiam nomen hæreseos latissimè significat sectæ cujusquam electionem factam ab iis, qui in aliquam facultatem tributis studiis cum divisione animorum incumbunt. Hinc in l. 6. §. 2. ff. de excusation. tutor. memorantur hæreses Rethorum, id est variae Rethorum sectæ, in quas qui Rhetoricæ artis studiosi erant, dividebantur. Unde iterum Isidorus in dicto lib. 8. cap. 3. ait: *Hæresis Græcè ab electione vocatur, quòd scilicet unusquisque id sibi eligat, quod melius sibi esse videatur, & Hieronymus in can. 27. caus. 24. quæst. 3. scribit: Hæresis Græcè ab electione dicitur, quòd scilicet eam sibi unusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem.* Apud viros ecclesiasticos contracta quoque fuit hujus nominis significatio ad designandos eos, qui se quidem Christo obedire, & in Ecclesia Christi esse verbo profitentur, in Ecclesia tamen verè non sunt, proptereaquod nova & falsa dogmata in fidem suam inducant; quo sensu hæreticos in Ecclesia esse scribebât Hieronymus ita pergens in dicto can. 27. *Quicumque igitur aliter scripturam intelligit, quam sensus Spiritus Sancti flagitat, quo scripta est, licet de Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest; quod ipsum explicat laudatus Isidorus, dum in lib. 1. sententiarum cap. 16. ait: Qui sunt hæretici, nisi qui relicta Dei Ecclesia privatas elegerunt societates? In conspectu traditionis tantorum virorum, mihi*